



METHODVS CAPIT-
TVM HVIVS LIBELLI.

Theologia (de qua c. 2.) agit de *Scriptura* (de qua cap. 3.) & dogmatis *Scripturæ*.

Dogmata *Scripturæ* sunt *Deus* (de quo c. 4.) & actiones Dei.

Actiones Dei considerantur in genere cap. 5. vel in specie.

Actiones Dei in specie sunt vel ab æterno, ut decreta; vel in tempore, ut executio decretorum.

Decreta Dei spectantur vel in genere cap. 6. vel in specie: ubi sunt *decretum providentiæ* cap. 7. & *prædestinationis*, cap. 8.

Executio decretorum Dei est vel decreti providentiæ, vel decreti prædestinationis.

Executio decreti providentiæ est in *creatione* c. 9. & *providentiæ actuali* cap. 10. cui subiiciuntur *angeli* c. 11. & *homo*, qui spectatur ut *integer* c. 12. vel *lapsus in peccatum* c. 13. vel aliquo modo *sanatus*: ubi de *libero arbitrio* c. 14. de *lege* c. 15. de *coniugio* c. 16. & de *magistratu* c. 17.

Executio decreti prædestinationis cernitur in hac vita, vel post hanc vitam.

Executio decreti prædestinationis in hac vita fit in regno gratiæ; cuius promulgatio fit per *Evangelium* c. 18. administratio per *foedus gratiæ* c. 19.

In foedere gratiæ spectantur fundamentum, *Christus* c. 20. *populus confœderatus*, *ecclesia*, c. 21. & *bona*, in quibus occurrit collatio & obfignatio.

Collatio bonorum fit per vocationem, justificationem, & sanctificationem.

Vocatio